

ma Deo, adhærens Deo, conjuncta Deo : visitata ab Angelo, salutata ab Angelo, benedicta ab Angelo, beatificata ab Angelo : turbata in sermone, attonita in cogitatione, stupefacta in salutatione, admirata in dictorum annuntiatione.

R. Ecce virgo concipiet, et pariet filium, dicit Dominus : * Et vocabitur nomen ejus admirabilis, Deus, fortis. **V.** Super solium David, et super regnum ejus sedebit in æternum. — Et vocabitur.

Lectio v.

Invenisse te apud Deum gratiam audis, et ne timeas jubéris. Unde et tu fiducia roboráris, cognitione miraculorum instrúeris, ad novitatem inauditæ glóriæ provéheris. De prole ab Angelo nuntiata es, et post fetum integra et pudica manes. Certa virginitas nobis proponitur, et nasciturum ex te Sanctum, Dei Filium, tibi ab Angelo evangelizatur, et quæ sit nascentis Regis potentia, mirabiliter intimatur. Quomodo fiat quæris; de origine interrogas, de ratione perscrutáris, de experientia

requiris, de ordine sciscitáris. Audi inauditum oraculum, considera inusitatum opus, animadvérte incognitum arcánum, at-ténde invisum factum : Spiritus sanctus supervéniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi.

R. Roráte cœli désuper, et nubes pluant justum : * Aperiátur terra, et germinet Salvatórem. **V.** Emítte Agnum Dómine Dominatórem terræ, de Petra desérti ad montem filíæ Sion. — Aperiátur.

Lectio vij.

TOta invisibiliter Trinitas conceptionem operábitur in te : sola persona Filii Dei in corpore tuo nascitúra carnem assúmet de te. Ideoque quod concipiétur ex te, quod nascétur ex te, quod pródiet ex te, quod germinábitur ex te, quod parturiétur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. Erit enim hic magnus, hic Deus virtutum, hic Rex omnium sæculorum, hic factor omnium rerum. Ecce beata tu inter mulieres, integra inter puérperas, Dómina inter ancillas, Regina inter soróres. Ecce ex hoc beata te dicent omnes gene-

rationes, beatam te novérunt omnes cœlestes Virtutes, beatam te prædicant omnes Vates, beatam te celebrant omnes nationes. Beata tu fidei nostræ, beata tu animæ nostræ, beata dilectioni nostræ, beata præconiis et prædicationibus meis.

R. Docébit nos Dóminus vias suas, et ambulábimus in sémitis ejus : * Quia de Sion exíbit lex, et verbum Dómini de Jerusalem. **V.** Veníte, ascendámus ad montem Dómini, et ad domum Dei Jacob. — Quia. Glória Patri. Quia.

In III. Nocturno.

Añã. Dóminus dabit benignitatem, et terra nostra dabit fructum suum.

Ps. Benedixisti. 120.

Añã. Ecce véniet Deus et homo de domo David sedére in throno, allelúia.

Ps. Fundaménta. 121.

Añã. Annuntiáte pópulis, et dícite : Ecce Deus Salvátor noster véniet.

Ps. Cantáte Dómino ... cantáte. 126.

V. Egrediétur Dóminus de loco sancto suo. **R.** Véniet ut salvet pópulum suum.

Si hoc Festum venerit in Feria quarta Quatuor

Temporum Adventus, loco sequentis Homiliæ, leguntur tres Lectiones de Homilia ejusdem Feriæ iv. cum RR. sequentibus.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij.

Cap. j. c

In illo tempore : Missus est Angelus Gábriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Náza-reth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen virginis Maria. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

In Evang. Lucæ, cap. j.

Mariam Virginem Gábriel mittitur, qui Dei fortitudo nominatur : illum quippe nuntiare veniebat, qui ad debellandas aéreas potestates humilis apparere dignatus est. De quo per Psalmistam dicitur : Dóminus fortis, et potens, Dóminus potens in prælio. Et rursum : Dóminus virtutum ipse est Rex glóriæ. Per Dei ergo fortitudinem nuntiandus erat, qui virtutum Dóminus, et potens in prælio, contra potestates aéreas ad bella veniebat. Et ingressus An-

gelus ad eam, dixit : Ave, grátia plena, Dóminus tecum : benedícta tu in muliéribus. Bene grátia plena vocátur, quæ nimirum grátiam, quam nulla ália merúerat, asséquitur : ut ipsum videlicet grátia concípiat, et géneret auctórem.

R. Ave María, grátia plena, Dóminus tecum : * Spíritus sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi : quod enim ex te nascétur Sanctum, vocábitur Fílius Dei. **V.** Quómodo fiet istud, quóniam virum non cognóscó? Et respóndens Angelus, dixit ei. — Spíritus.

Bened. Cujus festum cólimus, ipsa Virgo vírginum.

Lectio viij.

Ecce concípies in útero, et páries fílium, et vocábis nomen ejus Jesus. Jesus, Salvátor sive salutáris interpretátur : cujus sacraméntum nóminis álloquens Joseph Angelus expósuit : Ipse enim (inquiens) salvum fáciat pópulum suum a peccátis eórum. Non ait, pópulum Israel, sed pópulum suum : hoc est, in

unitátem fidei ex præpútio et circumcisióne vocátum : quibus ex divérsa parte vocátis, fieret unus pastor et unum ovíle. Hic erit magnus, et Fílius Altíssimi vocábitur, et dabit illi Dóminus Deus sedem David patris ejus. Idem ergo Fílius Altíssimi, qui in útero virgináli concéptus et natus est. Idem homo in témpore créatus ex matre, qui Deus est ante témpora natus ex Patre. Si autem idem homo, qui Deus est, omíttat Nestórius hómínem tantum dicere ex Vírgine natum.

R. Súscipe verbum Virgo María, quod tibi a Dómino per Angelum transmísum est : concípies et páries Deum páriter et hómínem : * Ut benedícta dicáris inter omnes muliéres. **V.** Páries quidem fílium, et virginitátis non patiéris detriméntum : efficiéris grávida, et eris mater semper intácta. — Ut benedícta. **Gloria Patri.** Ut benedícta.

Lectio ix.

Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei. Ad distinctiónem nostræ san-

ctitátis, Jesus sanctus singuláriter nascitúrus asséritur. Nos quippe etsi sancti effícimur, non tamen nascimur : quia ipsa naturæ corruptiónis conditióne constringimur, ut mérito cum Prophéta geméntes singuli dicámus : Ecce enim in iniquitatibus concéptus sum, et in delictis péperit me mater mea. Ille autem solus veráciter sanctus est, qui ut ipsam conditiónem naturæ corruptibilis vínceret, ex commixtióne carnális cópulæ concéptus non est. Sanctum, inquit, vocábitur Fílius Dei. Quid hic dicis, Nestóriáne, qui beatam Mariám Dei negans esse Genitricem, aperte níteris impugnáre veritátem? Ecce Deum dixit superventúrum, Dei Fílium nascitúrum. Quómodo ergo aut Dei Fílius Deus non est, aut quæ Deum édedit, quómodo Theotócos, id est Dei Génitrix non esse potest? **Te Deum. 20.**

AD LAUDES,

et per Horas, Añæ.

1. Missus est * Gábríel Angelus ad Mariám Virgí-nem desponsátam Joseph.
2. Ave María, * grátia plena, Dóminus tecum :

benedícta tu in muliéribus, allelúia.

3. Ne timeas María, * invenisti grátiam apud Dóminum : ecce concípies et páries fílium, allelúia.

4. Dabit ei Dóminus sedem David patris ejus, et regnábít in ætérnum.

5. Ecce ancilla Dómini : * fiat mihi secúndum verbum tuum.

Capitulum. Isaiaë xj.

Egrediétur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascéndet. Et requiescet super eum Spíritus Dómini.

Hymnus.

En clara vox redárguit Obscúra quæque, pèrsonans :

Procul fugéntur sómnia : Ab alto Jesus prómicat.

Mens jam resúrgat tórpidá,

Non ámplius jacens humi : Sidus refúlget jam novum ; Ut tollat omne nóxium.

En Agnus ad nos mittitur

Laxáre gratis débitum : Omnes simul cum lácrymis

Precémur indulgéntiam. Ut, cum secúndo fúlserit,

Metúque mundum cínxerit,

Non pro reátu púniat,
Sed nos pius tunc próte-
gat.

Virtus, honor, laus, glória
Deo Patri cum Fílio,
Sancto simul Paráclito,
In sæculórum sæcula.

Amen.

✠ Spiritus sanctus su-
pervéniet in te. ✠. Et vir-
tus Altíssimi obumbrábit
tibi.

Ad Bened. Añã. Super
sólium David, et super
regnum ejus sedébit in
aetérnum.

Oratio.

DEus, qui de beátæ
Mariæ Virgínis útero
Verbum tuum, Angelo
nuntiánte, carnem suscí-
pere volúisti : præsta sup-
plicibus tuis, ut qui vere
eam Genitricem Dei cré-
dimus, ejus apud te inter-
cessiónibus adjuvémur.
Per eúndem Dóminum.

Deinde Comm. Feriæ.

Ad Primam in ✠. br. di-
citur ✠. Qui ventúrus es in
mundum.

AD TERTIAM.

Capit. Egrediétur. supra.
✠. br. Tu exsúrgens Dó-
mine, * Miseréberis Sion.
Tu exsúrgens. ✠. Quia
tempus miseréndi ejus,
quia venit tempus. Mise-
réberis. Glória Patri. Tu.

✠. Roráte cœli désuper,
et nubes pluant justum.

✠. Aperiátur terra, et
gérminet Salvatórem.

AD SEXTAM.

Capitulum. Isaiaë vij. c

ECce virgo concípiet, et
páriet filium, et vocá-
bitur nomen ejus Emmá-
nuel. Butyrum, et mel
cómedet, ut sciat repro-
báre malum, et eligere
bonum.

✠. br. Roráte cœli désu-
per, * Et nubes pluant ju-
stum. Roráte. ✠. Aperiátur
terra, et gérminet Salva-
tórem. Et nubes. Glória
Patri. Roráte.

✠. Emítte Agnum Dó-
mine Dominatórem terræ.

✠. De Petra desérti ad
montem filiaë Sion.

AD NONAM.

Capitulum. Isaiaë xlv. b

Roráte cœli désuper,
et nubes pluant ju-
stum : aperiátur terra, et
gérminet Salvatórem, et
justítia oriátur simul. Ego
Dóminus creávi eum.

✠. br. Emítte Agnum
Dómine, * Dominatórem
terræ. Emítte. ✠. De Pe-
tra desérti ad montem
filiaë Sion. Dominatórem.
Glória Patri. Emítte.

✠. Spiritus sanctus su-
pervéniet in te. ✠. Et vir-

tus Altíssimi obumbrábit
tibi.

IN II. VESPERIS.

Omnia ut in primis, [404]
præter Añam 5. cujus loco
dicitur sequens

Añã. De fructu ventris
tui ponam super sedem
tuam. et Psalm. Meménto
Dómine David. [84]

Hymn. Créator. [404]

✠. Ave María, grátia ple-
na. ✠. Dóminus tecum.

Ad Magnif. Añã. O Virgo
virginum, quómodo fiet
istud? quia nec primam
símilem visa es, nec ha-
bere sequentem. Filiaë Je-
rúsalem, quid me admirá-
mini? Divinum est mysté-
rium hoc quod cernitis.

Commem. Feriæ, Añã. O
Adonái. 221.

DIE XXVI. DECEMBRIS.

Pro Commemoratione
SS. Martyrum
in utrisque Vesp. et Laud.
Festi S. Stephani Protom.

IN I. VESPERIS.

Añã. Istórum est enim
regnum cœlórum, qui
contempserunt vitam
mundi, et pervenerunt ad
præmia regni, et laverunt
stolas suas in ságuine
Agni.

✠. Lætámini in Dómino,
et exsultáte justi. ✠. Et

gloriámini omnes recti
corde.

AD LAUDES.

Añã. Vestri capilli cápi-
tis omnes numeráti sunt :
nolíte timére : multis pas-
séribus meliôres estis vos.

✠. Exsultábunt sancti in
glória. ✠. Lætábuntur in
cubilibus suis.

IN II. VESPERIS.

Añã. Gaudent in cœlis
ánimæ sanctórum, qui
Christi vestigia sunt se-
cúti : et quia pro ejus
amóre ságuinem suum
fuderunt, ídeo cum Chri-
sto exsultant sine fine.

✠. Exsultábunt sancti in
glória. ✠. Lætábuntur in
cubilibus suis.

Oratio.

DEus, qui nos ánnua
sanctórum Mártyrum
tuórum commemoratióne
lætificas : concéde propi-
tius, ut quorum gaudé-
mus méritis, accendámur
exémplis. Per Dóminum.
† Alibi ex decreto Pii
P. P. VI. dat. 18 Maii 1798
pro aliq. locis et Resp.
S. R. C. dat. 18 Oct. 1818
fit sequens Commem.

IN I. VESPERIS.

Añã. Isti sunt sancti, quos
elégit Dóminus in caritá-
te non ficta, et dedit illis
glóriam sempitérnam.

✠. Justi epuléntur et exsúltent in conspéctu Dei.
✠. Et delecténtur in lætítia.

AD LAUDES.

Añã. Sancti tui Dómine semper benedicant te, et glóriam regni tui dicant.

✠. Mirábilis Deus in sanctis suis. ✠. In sanctis ejus laudáte Deum.

IN II. VESPERIS.

Añã. Dico autem vobis amicis meis, ne terreámini ab his qui occidunt corpus, ánimam autem non possunt occidere.

✠. Justi autem in perpétuum vivent. ✠. Et apud Dóminum est merces eórum.

Oratio.

Deus, qui glorificáris in concílio sanctórum Mártyrum tuórum: respice ad preces humilitátis nostræ, ut quorum solémnia celebrámus, eórum précibus adjuvári mereámur. Per Dóminum.

DIE III. JANUARI.

S. Genovæfæ

Virginis. Duplex.

Omnia de Communi Virginum [122] præter seq.

Oratio.

Effúnde super nos Dómine spíritum agnitiónis et dilectiónis, quo

ancíllam tuam Genovæfam implevísti: ut sédula ejus imitatióne tibi sincére obsequéntes, fide tibi et ópere placeámus. Per Dóminum.

In j. Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In II. Nocturno.

Lectio I.



Enovéfa Nemptodúri in agro Parisiensi, Sévero et Gerúntia paréntibus nata, inaudítæ virtútis splendóre a téneris annis cláruit. Germánu Antissiodorénsis in Británniam transitúrus cum Lupo Trecénsi, ut Pelagiánæ hæresis reliquias profligáret, conjéctis in eam óculis, Deo caram et vitæ sanctitátæ illústrem fore prædixit. Ab ea cum postuláset, num virginitátem Deo vellet consecráre, Genovéfa, vultu ad modéstiam compósito, statim respóndit id unum se veheménter optáre. Germánu itaque ecclésiám frequénti pópulo ingressus, puéllæ manus impósuit, et inter crebros Psalmórum concéntus, prolixásque oratiónes, virginem consecrávit. Postriðie sciscitánti an voti

jam emíssi memor esset, mémorem vero se, et in eo propósito permansúram, Deo operánte, asseverávit. Ille nummum æreum signo crucis insignítum, nec sine Dei nutu humili conspícátus, collégit, vírgini dedit, præcepítque ut collo appénsus gestáret, nec ullis deinceps monílibus, quæ sponsæ Christi non convéniunt, ornári se paterétur.

✠. Propter veritátem, et mansuetúdinem, et justítiam.* Et dedúcet te mirábiliter dextera tua. ✠. Spécie tua et pulchritúdine tua, inténde, prospere procéde, et regna. — Et.

Lectio II.

Miraculórum dono et multitudíne excélluit, máxime circa energúmenos, quos óleo consecráto inúngens, a dæmonum tyránnide liberábat. Plúrima prophético spíritu edíxit; atque impírimis, accedente Attila, Hunnórum rege, cives Parisienses adhortáta est, ne relíctis sédibus, fortúnas suas álio transférrent, urbem pollícita, subvérsis áliis munitiónibus, perstitúram. Rei veritátem probávit evéntus; idque Ge-

novæfæ patrocínio datum. Grassánte deinde fame, et in máxima annónæ caritáte, urbem magna fruménti cópia, et páuperes innúmeros erogátis pánibus sustentávit. Neque tamen tot éditis miráculis effúgere pótuit, quin malevolórum ódio et contuméliis premerétur. Germánu, in Británniam íterum profectúrus, eam ádiit, et váriis impetítam calúmniis divíno elóquio consolátus est; habitáque gravi ad pópulum oratióne, quanti esset apud Deum mériti expósuit, et locum in quo preces illa fundébat lácrymis ejus madefáctum osténdit.

✠. Dilexísti justítiam, et odísti iniquitátem: * Proptérea unxit te Deus, Deus tuus óleo lætítiæ. ✠. Propter veritátem, et mansuetúdinem, et justítiam. — Proptérea.

Lectio III.

AB anno ætátis décimo quinto ad usque quinquagésimum Dóminica tantum die et quinta féria jejúnium solvit, sumpto pane hordeáceo ac módi-co pulménto, quod ante quíndecim dies coctum, ut minus sápidum esset,

frígida temperábat aqua. Post id tempus, suadéntibus Episcopis quibus non obtemperáre nefas putábat, piscículis et lacte usa est. Neque vero intra Gálílae límites tanta virtus continéri pótuit. Símeon ille Stylítes, audíta tot miraculórum fama, ejus se précibus vóluit commendátum. Admirándis déni- que virtútibus, ut scribit Beda, late cláruit, et in Christi servitúte ad octogínta et novem annos consénuit. De qua hęc étiam Gregórius Turonénsis : Sancta Genovéfa, quæ in corpore pósita, tanta virtúte præváluit, ut mórtuum suscítáverit, Lutétiae in basilica sanctórum Apostolórum Petri et Pauli sepúlta est ; ad cuius túmulum sæpius petitiónes datæ suffrágium obtinent, sed et frigoritócórum febres ejus virtúte sæpissime restringúntur.

℞. Afferéntur. [133]

In *ij. Nocturno, Homil.*
Sæpe vos, fratres. *de eod.*
Communi j. loco. [136]

DIE XXIII. JANUARIH.
In Desponsat. B. M. V.
cum S. Joseph.
Duplex majus.

Omnia ut in Festis B. Mariæ V. [191] præter ea quæ hic sequuntur propria.

IN I. VESPERIS.

Añæ et Capitulum de Laudibus. [420]

Hymn. Ave maris. [193]

℞. Desponsátio est hódie sanctæ Mariæ Virginis.

℞. Cujus vita ínclýta cunctas illústrat Ecclesiás.

Ad Magnif. Aña. Gloriósæ Virginis Mariæ Desponsatióne digníssimam recolámus, quæ et Genitricis dignitátem obtínuit, et virginálem pudicitiam non amisit.

Oratio.

FAmulis tuis, quæsumus Dómine, cælestis grátiae munus imperítire : ut quibus beátæ Virginis partus éxstitit salutis exórdium, Desponsatióne ejus votiva solémnitas, pacis tríbuat incrementum. Per Dóminum.

Et fit Commem. S. Joseph, ubi est concessa, ante alias quascumque Memor.

Aña. Exsúrgens Joseph a somno, fecit sicut præcépit ei Angelus Dómini, et accépit conjugem suam.

℞. Constitúit eum dóminum domus suæ. ℞. Et príncipem omnis possessiósne suæ.

Oratio.

Sanctíssimæ Genitricis tuæ Sponsi, quæsumus Dómine, méritis adjuvémur : ut quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessiósne donétur. (Quí vivis.)

Deinde SS. Vincentii et Anastasii Martyrum. 632.

Postea S. Emerentianæ Virg. et Mart. ibid.

AD MATUTINUM.

Invitator. Desponsatióne Virginis Mariæ celebrémus, * Christum ejus Fílium adorémus Dóminum.

Ps. Veníte. 2.

In I. Nocturno.

Incipiunt Cántica canticórum.

Lectio j. Cap. j.



Sculétur me ósculo oris sui : quia melióra sunt úbera tua vino, fragrántia unguéntis óptimis. Oleum effúsum nomen tuum : ídeo adolescentulæ dilexérunt te. Trahe me : post te curémus in odórem unguéntórum tuórum. Introdúxit me Rex in cellária sua : exsultábimus et lætábimur in te, mémores úberum tuórum super vinum : recti díligunt te. Nigra sum, sed formósa, filia

Jerúsalem, sicut tabernácula Cedar, sicut pelles Salomónis.

℞. Hódie desponsáta est beáta Virgo María ex progénie David : * Per quam salus mundi credéntibus appáruit, cuius vita gloriósa lucem dedit sæculo. ℞. Desponsatióne beátæ Mariæ Virginis cum gáudio celebrémus. — Per.

Lectio ij.

Nolíte me consideráre quod fusca sim, quia decolorávit me sol : filii matris meæ pugnáverunt contra me, posuérunt me custódem in véneis : véneam meam non custodívi. Indica mihi, quem díligit ánima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie, ne vagári incípiam post greges sodálium tuórum. Si ignóras te o pulchérissima inter mulieres, egrédere, et abi post vestigia gregum, et pasce hædos tuos juxta tabernácula pastórum. Equitátui meo in cúrribus Pharaónis assimilávi te amíca mea. Pulchræ sunt genæ tuæ sicut túrturis : collum tuum sicut monília.

℞. Beatíssimæ Virginis Mariæ Desponsatióne devotíssime celebrémus :

* Ut ipsa pro nobis intercedat ad Dóminum Jesum Christum. *V.* Cum jucunditate Desponsationem beátæ Mariæ Virgini devotissime celebrémus. — Ut ipsa.

Lectio iij.

Murénulas áureas faciémus tibi, vermiculátas argénto. Dum esset Rex in accúbitu suo, nardus mea dedit odórem suum. Fascículus myrrhæ diléctus meus mihi, inter úbera mea commorábitur. Botrus Cypri diléctus meus mihi, in vineis Engáddi. Ecce tu pulchra es amíca mea, ecce tu pulchra es, óculi tui columbárum. Ecce tu pulcher es dilécte mi, et decórus. Léctulus noster flóridus: tigna domórum nostrárum cédrina, laqueária nostra cypressina.

R. Gloriósæ Virgini Mariæ Desponsationem digníssimam recolámus: * Cujus Dóminus humilitátem respéxit, quæ Angelo nuntiánte concépit Salvatórem mundi. *V.* Beátíssimæ Virgini Mariæ Desponsationem devotissime celebrémus. — Cujus. *Gloria Patri.* Cujus Dóminus.

In II. Nocturno.

Sermo sancti Bernárdi Abbátis.

Ex Homil. ij. super Missus.

Lectio iv.

Portébat a príncipe mundi aliquámdiu celári divíni consílii sacraméntum: non quod Deus, si palam opus suum fácere vellet, impediri posse ab illo metúeret: sed quia ipse, qui non solum poténter, sed étiam sapiénter quæcúmque vóluit, fecit, sicut in ómnibus opéribus suis quasdam rerum vel téporum congruéntias propter órdinis pulchritúdinem serváre consuévit: ita in hoc quoque tam magnífico ópere suo, nostræ vidélicet reparatiónis, non tantum poténtiam suam, sed et prudéntiam osténdere vóluit.

R. Desponsatio gloriósæ Virgini Mariæ ex sémine Abrahæ, ortæ de tribu Juda, clara ex stirpe David, * Cujus vita ínclita cunctas illústrat Ecclé-sias. *V.* Hódie desponsata est beáta Virgo María ex progénie David. — Cujus.

Lectio v.

Convéniens ergo erat, ut suáviter quoque ómnia, cœlestia scilicet et

terræna dispóneret, quatenus et illinc dejiciens in quietum, reliquos in pace firmáret: et hic debelláturus ínvidum, nobis prius suæ humilitátis et mansuetúdinis valde necessarium exéplum relínqueret: sicque mirábili fieret moderámine sapiéntiæ, ut et suis suávis, et hóstibus fortis appareret.

R. Cum jucunditate Desponsationem beátæ Mariæ celebrémus: * Ut ipsa pro nobis intercedat ad Dóminum Jesum Christum. *V.* Corde et ánimo Christo canámus glóriam in hac sacra solemnitate præcélsæ Genitricis Dei Mariæ. — Ut ipsa.

Lectio vij.

Quid enim prodésset diabolum a Deo vinci, nobis manéntibus supérbis? Necessário igitur desponsata est María Joseph, quando per hoc et a cánibus sanctum absconditur, et a sponso virginitas comprobátur, et Virgini tam verecúndiæ párcitur, quam famæ providétur. Quid sapiéntius? quid dignius divína providéntia? Uno tali consílio secrétis cœlestibus et admíttitur testis, et exclú-

ditur hostis, et íntegra servátur fama Virgini matris.

R. Desponsatio tua, Dei Génitrix Virgo, gáudium annuntiávit univérso mundo: * Ex te enim ortus est sol justítiæ, Christus Deus noster: * Qui solvens maledictiónem, dedit benedictiónem: et confúndens mortem, donávit nobis vitam sempitérnam. *V.* Benedicta tu in muliéribus, et benedictus fructus ventris tui. — Ex te. *Gloria Patri.* Qui.

In III. Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum.

Lectio vij. Cap. j. c

CUM esset desponsata mater Jesu María Joseph, ántequam convenirent, invénta est in útero habens de Spíritu sancto. Et reliqua.

Homília sancti Hierónymi Presbyteri. *Lib. i. Comm. in cap. j. Matthæi.*



Uare non de simplici virgine, sed de desponsata concipitur? Primum, ut per generationem Joseph, orígo Mariæ monstrarétur: secúndo, ne lapidarétur a Judæis ut adúltera: tertio, ut in Ægyptum fúgiens

habéret solátium. Martyr Ignátius étiam quartam áddidit causam, cur a desponsáta concéptus sit: Ut partus, ínquiens, ejus celarétur diabolo, dum eum putat non de vírgine, sed de uxóre generátum.

℞. Beátam me dicent omnes generatiónes: * Quia fecit mihi Dóminus magna qui potens est, et sanctum nomen ejus. ℞. Et misericórdia ejus a progénie in progénies timéntibus eum. — Quia.

Lectio viij.

An tequam convenirent, inventa est in útero habens de Spíritu sancto. Non ab álío inventa est, nisi a Joseph, qui pene licéntia maritali futúráe uxóris ómnia nóverat. Quod autem dicitur, Antequam convenirent; non séquitur ut póstea convenerint: sed Scriptúra quod factum non sit, osténdit.

℞. Felix namque es sacra Virgo María, et omni laude digníssima: * Quia ex te ortus est sol justítiæ, * Christus Deus noster.

℞. Ora pro pópulo, intéveni pro clero, intercède pro devóto femíneo sexu: séntiant omnes

tuum juvámén, quicúmque célebrant tuam sanctam Desponsatióem. — Quia. Glória. Christus.

Lectio ix. de S. Emerentiana. 635. Te Deum. 19. ¶ Si transferatur, Lectio ix. erit. Joseph autem. 247.

*AD LAUDES,
et per Horas, Añæ.*

1. Desponsatio * gloriósæ Vírginis Mariæ ex sémine Abrahæ, ortæ de tribu Juda, clara ex stirpe David.

2. Desponsatio est hódie * sanctæ Mariæ Vírginis, cujus vita ínclýta cunctas illústrat Eccléasias.

3. Regáli ex progénie * Mariæ exórta refúlget: cujus précibus nos adjuvárimente et spiritu devotíssime póscimus.

4. Corde et ánimo Christo canámus glóriam in hac sacra solemnitate præcélsæ Genitricis Dei Mariæ.

5. Cum jucunditate * Desponsatióem beátæ Mariæ celebrémus, ut ipsa pro nobis intercédát ad Dñum Jesum Christum.

Capítulum. Eccli. xxiv. b

AB initio, et ante sæcula creáta sum, et usque ad futúrum sæculum non désinam, et in

habitatióne sancta coram ipso ministrávi.

Hymnus.

O Gloriósa Vírginum, Sublímis inter sidera, Qui te creávit, párvulum Lacténte nutris úbere.

Quod Heva tristis ábstulit,

Tu reddis almo gérmine: Intrent ut astra flébiles, Cæli reclúdis cárdines.

Tu Regis alti jánuam, Et aula lucis fúlgida: Vitam datam per Vírginem

Gentes redéptæ pláudite.

Jesu, tibi sit glória, Qui natus es de Vírgine, Cum Patre, et almo Spíritu,

In sempitérna sæcula.

Amen.

℞. Desponsatio est hódie sanctæ Mariæ Vírginis. ℞. Cujus vita ínclýta cunctas illústrat Eccléasias.

Ad Bened. Añæ. Desponsatióem hodiérnam perpétuæ Vírginis Genitricis Dei Mariæ solémniter celebrémus, qua celsitúdo throni procéssit, allelúia.

Oratio.

FAmulis tuis, quæsumus Dómine, cælestis grátie munus imper-

tire: ut quibus beátæ Vírginis partus éxstitit salútis exórdium, Desponsatióis ejus votíva solémnitas, pacis tribuat incrementum. Per Dóminum.

Deinde fit Commemoratio S. Joseph, Añæ. Ipse Jesus erat incípiens quasi annórum trigínta, ut putabátur, fílius Joseph.

℞. Os justí meditábitur sapiéntiam. ℞. Et lingua ejus loquétur júdicium.

Oratio.

Sanctíssimæ Genitricis tuæ Spósi, quæsumus Dómine, méritis adjuvémur: ut quod possibilitas nostra non óbtinet, ejus nobis intercessióne donétur. (Qui vivis.)

Postea S. Emerentianæ, ut in Breviario. 635.

IN II. VESPERIS.

Añæ de Laudibus. [420] Psalmi, Capit. et Hymnus ut in Festis B. M. V. [191]

℞. Desponsatio est hódie sanctæ Mariæ Vírginis. ℞. Cujus vita ínclýta cunctas illústrat Eccléasias.

Ad Magnif. Añæ. Desponsatio tua, Dei Génitrix Virgo, gáudium annuntiávit univérso mundo: ex te enim ortus est sol justítiæ, Christus Deus

noster : qui solvens maledictionem, dedit benedictionem : et confundens mortem, donavit nobis vitam sempiternam

Commemor. S. Joseph.
Añā. Ecce fidelis servus et prudens, quem constituit Dominus super familiam suam.

✠ Glória et divitiarum in domo ejus. ✠ Et justitia ejus manet in saeculum saeculi.

Oratio ut ad Laudes.
Deinde sequentis. 635.

EADEM DIE XXIII.

S. Ildephonsi

Episc. Conf. Semiduplex.
Omnia de Comm. Conf. Pont. [70] praeter seq.
Oratio. Exaudi. [71] vel haec alia

Oratio.

DEus, qui per gloriosissimam Filii tui Matrem beatum Ildephonsum Confessorem atque Pontificem misso de thesauris caelestibus munere decorasti : concede propitius, ut per ejus preces et merita munera capiamus aeterna. Per eundem Dominum.

Commemor. praeced. et simplicis. 632.

In j. Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In II. Nocturno.

Lectio iv.

Ildephonsus, qui et Alphonsus dicitur, natione Hispanus, Toléti nobilissimis Stephano et Lucia parentibus ortus, omnique cura nutritus, liberalibus disciplinis instructus est. Primum habuit praecceptorem Eugénium Toletanum Antistitem, a quo miram ob indolem Hispalim ad Isidorum, mira tunc eruditione pollentem, est missus. Duodecim apud Isidorum commoratus annos, tandem fruge bona doctrinae sana imbuitus, Tolétum remeavit ad Eugénium. Postquam vero factus est ob vitae candorem, peritiamque non vulgarem, ab Eugénio Ecclesiae Toletanae Archidiaconus, mundi cupiens laqueos declinare, in Agaliensi monasterio, quod sanctis Martyribus Cosmae et Damiano tunc erat dicatum, insigne pietatis cucillum induit. Cui neque parentes, jam prece, jam vi, omnia tentantes, obsistere valuerunt, quin constanter in proposito permaneret.

✠. Inveni David servum

meum, oleo sancto meo unxi eum : * Manus enim mea auxiliabitur ei. ✠. Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocébit ei. — Manus.

Lectio v.

Monachi non multo post Ildephonsum in demortui Abbatis locum subrogarunt : suspiciebant siquidem in eo (praeter virtutes reliquas) aequitatem, morum facilitatem, prudentiam, raram sanctitudinem. Tantus itaque fulgor, tanta verae pietatis lux (quod ipse timebat) latere non potuit. Eugénio namque vita functo, cleri, senatus, totiusque populi decreto Toletanus Archiepiscopus est creatus. In quo quidem praesulatu, quantum verbo Ildephonsus profecerit, quae miracula ediderit, quam multis fuerit nominibus de Virgine Matre bene meritus, non facile quis explicare poterit. Cenobium virginum in Deilfensi villula aedificavit, ac magnis muneribus auxit. Haereticos quosdam, qui in Hispania haeresim Helvidianam, tollentem perpetuam Mariae Dei Genitricis virgi-

nitatem, disseminabant, doctissime confutavit, ab Hispaniaque depulit : quam disputationem explicavit libro, quem scripsit de beatae Mariae virginitate, rem miraculo confirmante. Cum enim Ildephonsus ad preces Maternas Expectationis beatae Mariae in ecclesiam nocte descenderet, comites ejus in ecclesiae limine fulgore quodam repente deterriti retrocesserunt. Ille vero intrépidus ad aram progressus, Virginem ipsam vidit, et adoravit : ab eademque vestem, qua in sacrificiis uteretur, accepit.

✠. Posui adjutorium super potentem, et exaltavi electum de plebe mea : * Manus enim mea auxiliabitur ei. ✠. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. — Manus.

Lectio vj.

CUM etiam dies sanctae Leocadiae festus ageretur, et clerus frequenterque populus convenisset, Ildephonsus ad sepulcrum Virginis Leocadiae accedens, flexis suppliciter genibus precabatur. Et ecce reserato repente sarcophago, Leocadia sanctis-